mutua Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sozanskie coniuges mutuam sibi advitalitatem inscribunt.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Petrus Sozanski, Nobilis Pauli Sozanski, cum Nobili Marianna Sielecka procreatus Filius ab una, et Joanna Popielowna, quae Nobilis Wasil Popiel cum Nobili Marianna Kulczycka procreata Filia, eiusdem vero Nobilis Petri Sozanski Consors legitima parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis, quibusuis propriis et competentibus praecedendo, praesenti autem Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum huncce attinet, se, cum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Filia ipsi et praecipue Consors cum eiusdem Mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et authoritate ad infrascripta recognoscenda consensu, sibi mutuo et invicem, una Pars alteri omnium generaliter Bonorum suorum, mobilium et immobilium, haereditariorum, et obligatoriorum, Summarumque pecuniariarum quarumuis, nec non auri, argenti, clenodiorum, Unionum, margaritarum, vestium, vestimentorum, item stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiorum, ac totius supellectilis domesticae, in quacunque forma et materia existentis, nunc habitis et in post habendis, mutuam advitalitatem et Usumfructum ad extrema dumtaxat

F Consorte eius legitima

149

1784

vitae utriusq eorum tempora tantummodo et non ultra in-
scripserunt, concesserunt, et assignaverunt, prout in-
scribunt, concedunt et assignant praesentibus, tali videli-
cet modo et conditione: Quod si prius praefatum Nobilem
Petrum Sozanski Maritum, quam ipsam Nobilem Jen-
nam Popielowna Consortem ipsius mori et de hac luce de-
cedere contigerit, extunc eadem Nobilis Jenna Popie-
lowna Consors sua, Bona suprascripta omnia et Sum-
mas pecuniarias morte praedicti Mariti sui derelictas
cum omni eorundem Iure, Dominio, Proprietate, compe-
tentiaque et praerogativa quaevis omnibusque et singu-
lis eorundem Utilitatibus et Usufructibus tenebit habe-
bit et possidebit, illisque quiete et pacifice utifrue tur
ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post fata ve-
ro praefatae Nobilis Consortis extunc praedicta Bona
et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectae
morte praedicti Mariti sui derelictae ad Successores Mariti
praenominati sui sine quovis impedimento et contradi-
ctione Successorum praedictae Consortis suae totaliter et
plenarie devolventur; Similiterque quoque si prius prae-
fatam Nobilem Jennam Popielowna Consortem suam,
quam ipsum Nobilem Petrum Sozanski Maritum suum,
mori contigerit, extunc idem Maritus Bona supra-
scripta generaliter omnia morte praedictae Consortis suae
derelinquenda, cum omni Iure, Dominio et proprie-
tate, tenebit, habebit et possidebit, illisque quiete et paci-
fice ad extrema duntaxat vitae suae tempora utifrue-
tur. Post mortem vero et de hac luce decessu eiusdem
Mariti sui extunc Bona suprascripta, Morte eius-
dem Consortis derelinquenda ad Successores suos
sine quovis impedimento et contradictione Successorum

1785.

Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. Stis fuis sonat presentibus Recognitionis ad premissa mediantibus.

Feria Tertia in Crastino Festi Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

30/VI

Terlecki Olechnowicz Testamentum approbat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Georgius Terlecki Olechnowicz, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibuslibet propriis et competentibus recedendo, presenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Dispositionem Testamentariam ultimae Voluntatis suae, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Dispositione Testamentaria contentarum de Actu et Data ipsius in Terlo Die Vigesima Sexta Iunii Anno presenti confectam, et conscriptam, manibus suis Recognoscentis et Ge-

150